



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pe pagomenus>

Lvtetiae, 1612

ij. Ad difficultatem spirandi optimum remedium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846



ALIVS LIBER
DE RE ACCIPITRARIA.

Ad difficultatem respirandi.

DO LII, costi, myrrhæ masculæ, spicæ Indicæ, cepheos, theriacæ, cariophylli, fandarrachæ, pyrethri, olei, galbani, mastichæ, singulorum vncia, vino veteri madescat: post contusa detur accipitri, & sanabitur. aut si illorum non sit facultas, lentis tritæ drachmam, mellis libram, olei Hispanici ligulas quinque, vini veteris quod satis sit, apij radicem, corianum, instar ligularum quinque, prassi radicis siliquas binas, baccarum lauri siliquas quinque: unà contundito, ac quotidie offas quinque præbeto ex carnibus.

*Ad difficultatem spirandi optimum
remedium.*

CVM accipiter ab ipso pectore stertit, & sonum elidit, ita ipsum curabis. poly-

Q

trichon, quæ nascitur ad fontes aut aquæ ductus, elotam sumito instar binarum siliquarum, & lactis asinini, medullæ ceruinæ, singulorum ligulas treis, butyri ligulam, vini veteris & boni ligulas treis, olei Hispanici ligulas duas, oui liquoris albi quantum satis sit: vnâ misceto omnia, & conterito cum carne caprina inferuefacta: prius tamen, quam medicamentum hoc dederis, accipitrem in balneum gestato, cum eius pectus strepit.

Ad difficultatem spirandi & spongiam.

CVM videbis accipitrem non sine vi reddentem excrementa, scito illum vel spongiam habere, vel difficultatem spirandi. hoc seruabis remedio, quod continet galbani, spicæ albæ Africæ, coriani radicis singulos obolos, pediculariæ, æruginis rasæ, cypheos, sideritis, singulorum siliquas binas. Hæc omnia simul misceatur: ex his quinque offæ dentur accipitri.

Ad difficultatem spirandi remedium.

QVOD recipit spicæ Arcadicæ, cocci, costi spicæ Indicæ, argalici viridis, croci, cypheos, singulorum vnciam. Hæc omnia inspergantur & macerentur vino veteri. Aut si hæc omnia non habes, idem